~~3455.~~

~~Historia~~
~~3163~~

Rozprawy

do panowania Jana Kazimierza
króla polskiego

odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złp.

Kons. 195

Książka dezynfekowana

Po przeglądnięciu umyć ręce

Carolus Gustavus 17 r) S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 s) Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

Paulli Jacob Henrik 19 t) Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 u) Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

Frischmañ Johann 21 v) Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 y) S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

Frischmañ Johañ 23. z) Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 aa) Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 bb) Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 cc) Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

Frischmañ Johañ 27 dd) Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 ee) Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29. ff) Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30. gg) Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

Rapp Christoph 31 hh) Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 ii) Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

Frischmañ Johañ 33 kk) Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 ll) Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes orbis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1651. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. Pękalski Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epis. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. Peterek Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, przez J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. br. —

1775. Petricius Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)
b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. Piasecki Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracovia 1635. 4to (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac poten-
1 tiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conc[...]ecta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Castell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cus[...]ini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7 g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischmann Johan 8 h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 16[...]8. (str. 19)

9 i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10 k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ord. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 16[...]. (str. 4)

11 l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12 m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmann Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. [...] m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15 p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussio-nis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

iss. ac poen-
gatos conjecta

(str. 84)
gyrice. b. m.

i Hungariae.

is Poloni In.
nsky Castell.
explicat, quid
cis. Custini

ncto pacis et
)
licum. b. n.

. m. 1653.

io in Epis.

Dioec. P-
tia, in Or.
niae 165.

is. D. Elec.

M. Polonia
, Principe

lectorii. b

bina, pri
d collegium

discussio-

et Regem

STATERA VERITATEM TRANSGRESSA SVBVERSA.

Cassiod. 1,10.11,16.

Grave scelus esse iudicamus, aut mensuras modum excedere, aut libram æquissimi ponderis iustitiam non habere Quapropter prudentia vestra lectionibus erudita dogmaticis, scelestam falsitatem à consortio veritatis eiiciat, ne cui sit appetibile, aliquid de illa integritate subducere.

Ps. 61,10.

MenDaCes fILII In staterIs (IberIs,)

Horat. 2. Epist. 2.

Cædimur, & totidem plagis consumimus hostem.

CAlumniatorum impudentissime,
Quæris, quis sim;
Stolidè quæris calumniando, falsè calumniaris, quærendo;
Si ignoras me, cur calumniaris? an calumniaris, quia ignoras?
Imò qui calumniaris, quem ignoras?
Ignoti nulla cupido, nulla laus, nullum vituperium,
Purum mendacium, mera calumnia.
Quo verò quæris jure?
Quin qua alium convitiaris injuriâ, nullâ lacessitus?
Auræne captandæ populari, quàm serijs, lætiori Satyris?
Si scriptum voluisti, cur scriptorem calumniari occepisti,
Ipsamq; præsumtam tuam veritatis Stateram à Calumniâ,
Certâ reprobæ stateræ indicinâ,
Suspectâ veritatis nunciâ,
Sublestâ malæ mercis oculiferiâ.
Non mihi lubido quærendi, Tu quis sis:
Quia,
Viro indecorum bono de nequam percontarier homine;
Tua te prodit loquela,
Nec detegendi te face opus ullâ;
An exterus sis monachus Hispanus, an Ischariota ænobarbus,
Meâ nihil refert:
Calumniator,
Pergis quærere, age quis?
Quis non sim, tribus dicam verbis;
Non sum tu:
Scilicet *iste Tu*, quem tuo hîc ac vero nominavi nomine,
Omnibus agnitus,
Ex vultu, & auribus prælongis,
Quales Midæ feruntur;
Ex sermone ac sonitu denso,
Qualem cicadæ crepant;
Ex comitatu ac famulatu,

Qualem certatim faciunt,
Ignorantia, suspicio, livor, ira, fallacia.
Et hæc est calumniæ imago & satellitium.
Nec sum comparabilis auro,
Quo te pulla paupertas onustum, ut maculis bufonem notat;
Nec Ibis sum,
Quia non sum niger ut Hispanus.
Me nisi talem fingas,
Qui velut altera Ibis viperas & aspides ex Africa in Iberiam,
Inde in Galliam delapsas confeci,
Candida lethifero ne Lilia nostra veneno
Inficerent.
Nec hybris & vespertilio sum,
Talis essem, si laterem, aut essem ut Tu,
Monstrum horrendum, ingens, cui lumen ademtum.
Scis ergo, quis non sim, accipe quis sim.
Sum vox clamantis in Imperio:
Reparate fidem, pacem in Germania,
Sinceram restaurate & observate amicitiam cum vicinis Regibus,
Regum inter se, & cum Anglo federa non lacessite,
Religionis velo Catholicæ seditiones non miscete.
Hæc, qui scribo, scriptor iniquus non sum,
Quia verum, bonum scribo & æquum;
Sim sive Gallus, sive Germanus, sive Svecus aut Anglus:
Ratio, non natio, valet.
Sum verò Gallus,
Ac totus ex Gallico compactus semine,
Totus intus & extra candidus.
Sum Christianissimus,
Quia Christi, qui veritas est, sectator sum ardentissimus.
Sum veridicus,
Ergò nec venalem linguam, nec argentanginam habeo;
Talis sum gratis, nec ingratis fortè, nec pœnali opera.
Sum amicus & hostis,
Pacis ille sinceræ, iste fucatæ,
Iberis verò, qua Pacis Germaniæ osoribus, hystrix;
Sum medius,
Inter ut Poëtas & Oratores, ita Pacis inter & Belli autores,

Aurea cum penna, non aurea cum pera,
Quæ à tuo pendet Hiſpanica collo ac calamo.
Sum mirmillo,
Qui aperta galea, tu Retiarius reti pugnas occulto,
Nec piſcem, quem carpis, capis.
Monſtrum etiam,
Quia federis Anglici nudam monſtro veritatem,
Cujus ſtateram Tu hîc transgreſſus es,
Tactus cenſoriâ, ego divinâ virgulâ.
Tuæ farinæ homines, ignomines,
Falſa volunt, ac ſimulata colunt;
Ergò
Illis vera hæc & ſincera videntur monſtra,
Monita melioribus Cedro digna.
Vindex ſum
Seditioſæ illius admonitoris obtrectationis
Et judex
Veræ federis Gallo-Anglici cauſæ.
Cujus tu putamina hîc apponis,
Falſa fucis, mendacia phalaris,
Putre ſalſamentum condis origano.
Cramben toties coctam recoxiſti;
Futilis Armacani levem armaturam expilaſti,
Huc obtruſam,
Nullo difflandam niſu, riſu ac halitu unico,
Solo tamen veritatis ſtudio;
Nullo adverſus Hiſpanos odio:
Quorum,
Ut nunc ſunt,
Res deploratæ miſerationem, non invidiam ferunt.
Solet Hiſpanus,
Quia melancholicus eſt & atrabilarius
Proſperis invidere, adverſis exſultare;
Gallus contrà,
Quia temperamento ſanguineus,
Natura ſua planè humanus,
Felicibus lætari, infauſta miſerari.

I.

Calidum tibi mendacium visum optimum.
Hinc
Calere stentoreo tua incipit stridere Statera.
Contrà,
Responsum Gallicum candido nitet colore,
Cujus & caussa candida, rancida tua est.
Illius agnita, tua quia irata.
Hæc S. P. Q. G. discessio, & ista consensio est.
Par tuo tota statera proloquio.
Impudentissime Circulator
Per compita & vicos vociferas contra Gallum.
Gallus cum Anglis non-Catholicis (novum crimen!) fædus inijt!
Tradito Mardico!
Actum est de Religione Catholicâ!
Adde sis, nugator insulse, alia deliramenta,
Finge peccatorum nugamenta,
Injice conscientiarum tormenta,
Exclama, ô tempora, ô mores!
Non sanè hæc tua moratur, nec stupet pars melior Orbis:
Miratur potius & sugillat, crede mihi, tuam ridiculam occlamationem,
Nebulonum stultissime.

II.

Gallus junior seniores Hispanos,
Quos tu tam religiosos pingis & fingis Catholicos,
In hoc quadantenus, non undiquaq; (absit hoc!) imitatus est,
Aurelium Hispaniæ Regem, Maurorum & Saracenorum federatum,
Soluto ipsis annuo tributo
(Heu facinus sacrum & Catholicum!)
Marian. lib. 7. c. 6. 7. Centum Christianorum eximiæ formæ puellarum:
Ejusdem successorem renovatum eorundem amicum;
Datis L. ex Equestrium, totidem ex plebeorum, ordine, dictis puellis.
Alphonsum Hispaniæ Regem, cognomine Magnum,
Tradito Mauris proprio filio Ordonio,
Sanctis imbuendo Mahumetani legibus.
Carolum V. magnum illud Catholicæ Religionis columen lumenq;
Heinrici VIII. Angliæ Regis, jam à majorum religione,
Et à Catharina repudiatâ aversi socium,

Missis X. auxiliarium cIↃ. Germanorum, in Galliæ exitium,
Excidium Bononiæ, Monstrolij, Teroanæ, Galliæ urbium.
Neq; ille insimulatus est, quia Hispanus,
Læsæ pietatis, Ecclesiæ, prudentiæ, politicæ;
Anglorum signis ad tria Flandriæ contermina fixis oppida;
Religionibus Galliæ & Germaniæ illatis, fotis & firmatis ab eodem,
Ut utramq; divideret.
Missis tot in Galliam copijs, concitatis ubiq; in Galliam hostibus,
Quibus Rex impeditus nascenti non potuit occurrere sectæ,
(Non probat quidem hoc ista statera, nec excusat, sed nec accusat)
Philippum II. Hispaniarum Regem cum Jacobo Magnæ Britanniæ Rege pacturum,
Lege assistendi viribus Hispaniarum omnibus
Maritimis, terrestribus,
Angliæ sectariæ per possessionem radicandæ.
Hocq; fedus Hispano-Anglicum,
Laudatore Historico Mediolani Senatore, Rovida; *Lib.7.10.*
Divino factum monitu, divina voluntate, ope divinâ,
Nec nisi magno Dei beneficio.
Philippum IV. deniq;, nuper ijsdem cum Anglis federandum,
Pretio Galliæ,
Ad suæ defensionis contra Gallum momenta;
Quæ Gallus contra Hispanum occupavit;
Non ut religionem everteret Catholicam,
(*Falleris impostor meritis lacerande flagellis.*)
Sed ut telum hoc verteret in infensissimum hostem,
Regnandi caussa jus omne naturæ & gentium violare solitum,
A pace perpetuò aversum.
Noluit Anglia cum Hispano, primo & ardentiori, sed infido proco, coire,
Larga licet pollicito;
Anglus enim *timuit Danaos & dona ferentes,*
Ex Gallico tamen imperio prius avellenda;
Non curato Religionis periculo, nec à te exprobrato.
Hoc tu homuncio ridiculam vocas fabulam Britannicam?
Ventum & Gallicinium?
Quo ore, qua fronte Agyrtarum impudentissime?
Credis nè credituros tuo cordatos testimonio viros?
Auctoritati fumivenduli? Galliæ hosti?

O Corydon,

O Corydon, quæ te dementia cepit?
Legatorum Hispaniæ syngrapham,
Tuis etiam cognitam Vespertilionibus,
Quos splendor Gallicus occæcat penitus,
Quem contra tu ululas, ut canis ad Lunam,
Universa nunc videt Europa, stupet Germania, exsecratur Gallia.
Literæ sunt palàm, quando ipsæ per se clamitant,
Quibus Rex Catholicus emercari fœdus Anglicum tentavit.
Nihil ille cavit Religioni; cavere simulavit in India, non in Gallia.
Hercule, illa hactenus malè utrobique cauta,
Imò secta in Gallia fota ab Hispano,
In India ipsa religio Catholico-Hispanica in extremam exsecrationem deduct
Ejus obtentu crudeliter extorto ab incolis auro,
Confessis palàm,
(Horresco referens)
Diabolum Deo Hispanorum esse meliorem,
Quippe minus crudeliorem, minus avariorem.
En probum Religionis cultorem & cautorem!
Hem!
Nunc fucus Religionis, voto fœderis non obtento, obtenditur.
O Impium impotentis operculum!
Hem!
Quod quidem est eventus dubij, casus fortuiti,
Nunc labes religionis, ni in pacto, latet in facto Gallo-Anglico,
Imò,
Quod planè est indubium,
Hæc ipsa longè magis patet in Hispani facto ac pacto.
Facto,
Traditi Bosci-Ducis, Bredæ, Batavo in Brabantia,
Pacto,
Tradendi Caleti, Anglo in Gallia, BurdiGallia Condæo
Sic manus Legatorum docent.
Non tibi plus cordis, sed minus oris adest,
Qui hoc inficiaris, nec rubore inficeris.
At Hispano parùm fortè est negare manum, manu qui dudum perfricuit frontem,
Apage nugator, os infrene tuum;
Literæ sunt palàm, quando ipsæ per se clamitant,
Quantis obtinere promissis Hispanus non potuit, quàm parvis Gallus potuit,
Fedu

III.

Sub ista surgis oblatrator, Argivo calumniosior, Crete mendacior,
Qui ne insciens bonum, aut verum dicis,
Qui vel in Deorum cætu malè loqueris;
Tuum quippè os ostio caret, caletque imperita & maledica audaciâ.
Impure scurra,
Conspurcare nè audes malis Hispanorum sordibus,
Intactam illis ac majorem Cardinalis purpuram?
Dic, scelestissime blatero,
Quorum illa sanguine tincta, quæ tota clementia tecta ac circumdata,
Quorum ille oppressione erectus, quorum inopia ditatus?
Stultissime homuncio,
Fuistiné unquam supremus imperij Gallici Judex & Cognitor?
Audivisti ne singulorum querimonias?
An merus es rumigerulus?
Ignorantissime omnium hominum,
Regis maximè Christianissimi,
Cujus tanta est potentia, opulentia, ac felicitas, ut possit,
Tam gratus magnusque animus ut velit,
Unum ac præcipuum ex suis locupletare Ministrum,
Hic alios,
Citra ullius injuriam.
Dic, impie gerro,
Quibus in terris Syllanum à Cardinale malum Religioni illatum?
Mardici?
Ubi piscatorum quorundam ac militum mapalia fumant,
Inverecunde scriptor,
Quid ad te Galliarum moderator primarius?
Cum is Regi Christianissimo placeat,
Cujus in manu est, quem quis statum, quam fortunam suo in regno habeat?
Huic Tu monachi cucullum, exoptas & mortem,
Ego tibi mitram Mydæ, & Acteonis, paremque sortem prænuncio.
O nequam, nequam!
Nequaquam ille movetur tuorum strepitu verborum,
Falsum tuum probrum non pervenit ultra aures.
Imò,
Id procul abripiunt venti per inane procellæ,

Rejiciendum in Belgicas aures & oras;
Ubi urbes civibus, cives inopia, inopes inedia fatiſcunt,
Pervicaci Hispanorum Marte;
Ubi pace toties oblata, toties dilata, ſanguine inſontium paſcitur
Quilibet regulus Hiſpanus.
Ubi recipitur, decipitur, ac quandoque cæditur,
Quilibet transfuga Gallus.
Ubi crepatur, ſaltatur, ac celebratur,
Quilibet fallax Spintlerus,
Galliæ ſpinturnix, Hiſpaniæ ſpintria.
Ubi Oſtenda Hiſpanicæ fidei oſtentum, & Spintlerus oſtentui eſt,
Ubi Duinkircka proditorum Galliæ orcus & ſarcophagus;
Belgarum carcer, Gallo-Anglorum præſidium maritimum futurum.
Frenum Hiſpani;
Ubi etiam Gravelinga elinget iterum apud Gallos ſalem,
Vigili Cardinalis curâ ac conſilio,
Benè de Gallia merentis, benè merentibus ſuum retribuentis.
Perge igitur Cardinalis Magne,
Adverſus famam rumoresq; hominum firmum ſtare te,
Galliæ commodis & proſperitati continuò invigila,
Et crocitent corvi, ac melandrij:
Neq; te falſa infamia moverit;
Malo te ſapiens hoſtis metuat, quam ſtulti cives laudent.
Orbi Chriſtiano tranquillitatem,
Quam turbatam inveniſti, reddere hactenus non potuiſti,
Tot vijs fruſtrà tentatis ordinarijs:
Tandem alias ingreſſus es;
Hæ dubio procul & compendioſiores erunt & ſecuriores,
Hoſtes Galliæ vi adigendi ad pacem,
Quam etiam hodiè tot implexi periculis tractare ſuperſedent
Non ſine ſtupore & indignatione totius Reipublicæ Chriſtianæ.
Dum rectum clavum teneas, navimq; gubernes,
Omnia ſecunda, tuasque ſaltabit Gallia laudes,
Hiſpanorum fraudes ac clades.

IV.

Ridicule obtrectator
Non aufers, qui transfers in alium, ſacri Rhetorculi facti,
Inflictam Romæ irreverentiam,

Ablatu

Ablatum Ecclesiæ capiti summum suum.
Status translationis frivolus est modus excusationis;
Ignoras, quod jussu, actionem.
Quod quis per alium fecit, per se fecisse videtur.
Hoc Carolus V. per Carolum Borbonium,
Hispanus per Gallum perduellem,
Imperator per sui exercitus imperatorem.
Solenne Hispanis
Impietatis ac Majestatis patrare & imputare crimina Borbonijs;
Borbonijs fatale,
(Quorum dolet Gallia casum)
Servitio in Hispanico sacra ac profana, ac se perdere ipsos,
Famam præcipuè suam,
Re benè gesta ad Hispanos, secus, ad Borbonios relatâ.
Ridiculum est illud figmentum
Supplicationis pro militiæ malitia refrænanda indictæ,
Non pro captivi ludibrio Papæ.
En novum disciplinæ militaris commentum!
Militem coërceri non-parentem,
Oratoriâ coram dijs humilitate, non imperatoria coram signis autoritate,
Remedio extra ordinem, non ordinario.
Apage has & reliquas istas nugas,
Ne hujus faciendas quidem.
V.
Procax oblocutor
Hæc tua in Gallos convitia, vitia sunt in Hispanis:
Teste hac ipsa tua Statera veritatis,
In hoc solo à vero non aliena.
Plus verò est, esse quàm dici.
Et gravius est,
Esse Acatholicorum federatum, ut noceas, quam talem dici, ut vim arceas;
Ut seras, quàm ut sedes seditiones;
Hoc Gallicum, illud Hispanicum est.
Pejus est videri, nec esse, melius esse, nec dici bonum Catholicum,
Hoc Gallicum, illud Hispanicum est.
Turpis illa est religionis jactantia, hæc non-damnabilis injuria.
Turpius isthoc
Anglorum Regicidium allatrare, idem alibi subornare,

Nova Hiſpanorum doctrinâ, monſtrare.
Fortè jure regni Rex gladio tolli, jure naturæ laqueo non tolli poteſt filius,
Niſi ſublato naturæ jure.
Vanius & illud,
Perpetuo crepare religionem ore, ac pugno ferrum,
Hoc ſolum Hiſpanicum eſt, hoc eſt, non eſt religioſum,
Non eſt religionis, religionem cogere armis.
Hiſpane,
Si bonus es Catholicus, tolle bellum, indue pacem,
Præcipuam Chriſtianiſſimi, ac Chriſtianæ religionis teſſeram,
Mox ceſſabunt federa, florebit religio:
Quam verbis ſejungis, rê bello implicas;
Quam laudas & lædis, jactas & malè tractas:
O vanam jactantiam, ô damnabilem religionis colorem!
Deus ulciſcetur, & ultus jam,
Dotato victoriâ Gallo, cultore Religionis ſincero,
Privato Duinkirchâ Hiſpano, ſimulatore Religionis fucato.
Verum hæc eſt fides Hiſpanica,
Colorare, non colere Religionem,
Hæc Ibera Politica,
Bellum cum Gallo nec tollere, nec tolerare aliorum cum eodem federa belli.
Hic Hiſpani finis,
Obtentu Religionis,
Aut intus turbare foris validos, aut debellare inermes & ſine ſocijs,
Dominationis ſuæ obices Gallos,
Quibus ille ſubverſis
Facile habiturus univerſam in Europam imperium.
At contrà,
Fides, finis, Gallicorum federum, ac ipſa Gallorum politica eſt,
Hanc Hiſpanicam fidem, finem, deſtruere politicam.
VI.
Ex quo Hiſpanus ſuas colore Religionis texit cupiditates,
More Ferdinandi Arragonij; aliorumque,
Qui vel impiorum cauſſam bellorum prætenderunt Religionem,
Statim fit Eccleſiæ hoſtis Hiſpaniæ:
Gallus Angli amicus, inimicus Eccleſiæ eſt.
Eccleſiæ inimicus non eſſet Hiſpanus factus amicus Angli,
Ibi eſt periculum peccati, quod eſt periculum ſalutis,

Hîc neutrum.
Ibi scandalum, nefas, nefarium fœdus, impietas, metus radicandæ sectæ.
Hic neutrum.
Quæ, qualis, & quanta est hujus diversitatis ratio?
Quia alterum Gallicum, alterum Hispanicum est.
Duo idem quod faciunt, idem non est.
Gallus (ais tu) federibus suis fovet, & firmat sectas,
Hispanus, nihil horum suis.
Hispanus quanquam nunc amicus Batavi sit,
Qui olim in Brabantia aras evertit & vertit in haras.
Hispanus quanquam sectarios in Gallia, ac perduelles extra illam,
Motibus, opibus, cohortibus juverit,
Contra legitimum eorum Regem.
Hoc est Catholicum, quia est Hispanicum.
Quanquam
Pervicax Hispani cum Gallo dissidium, aut bellum,
Et aversus à Pacis studio animus,
Partem Orbis Christiani dissuat, partem discindat,
Turcarum pro dissidijs, Christianorum preces ratas faciat,
Christianos orbe in occiduo torqueat,
Tamen,
Totum hoc bonum est Catholicum, quia Hispanicum,
Tale non est,
Pax quanquam Galli cum Turca.
Foveat Christianos in Oriente,
Eadem ejusdem cum imperio in occidente,
Eadem ejusdem cum omnibus, qui velint, eosdem ubiq;
Tale, inquam, non est, quia est Gallicum.
Hispanus bonus fuisset Catholicus,
Junctus Anglo licet Turca alter in orbe fuisset,
Alteri par maritimis viribus, consilijs, religionis prætextu.
Nam
Uterque improbam religionis ostentationem bello prætendit suo.
Sic olim Lacones erant sacrilegij vindices Atheniensium,
Philippus Macedoniæ Rex Phocensium,
(Cui par re & nomine Philippus Hispaniæ Rex)
Sed non tàm scelus ultus, quàm occasionem nactus,
Religionis hamo victos una & victores trahendi in sui nassam imperij

 Ergo

Ergo

Hæc Hiſpani prudentia Catholica eſt Turcica, eſt Ethnica.
Apage igitur hunc hamum, hanc maſſam Philippicam,
Quò cum quis ſemel intravit, exire ſine exitio nequit.
Ultimum hoc Hiſpani ſcelus eſt,
Religione abuti ad tegendas avaritiæ, ambitionis, dominationis artes.
Summum Galli decus ac gloria, ac ipſi propria,
Quam nec veteres Franci, nec ulla hodie poſſidet natio,
Huic occurrere ſceleri,
Hùc arma, hùc fœdera, hùc vires vertere,
Retegere religionis larvam, ſecernere Eccleſiam & Hiſpaniam,
Diſſolvere hoc nefandum connubium, inventum diabolicum,
Exturbare religionis abuſum, generis humani exitium.

Contrà

Servare verum ejus finem, timorem ac amorem Dei O. M.
Artem gubernandi ſubditos feliciſſimam.
Dare pacem Orbi, ſuſtinere Hiſpanum inſidiantem orbi,
Cetera hujus calumnioſæ ſtateræ nihili facere.
Eſt enim deliri maſſa recocta foco Prodromi,
Inſulſa ac fatua.

VII.

Hæc detecta, ac rejecta Religionis larva Hiſpanica,
Ruit, agit, rapit, tundit, proſternit,
Nullo labore,
Ceteram rationum turbam ac turmam
Magno huc conatu furtim eductam,
Ex Armacani rubigine obductâ armatura
Et ex ſeditioſa Admonitoris Regij obtrectatione;
Quin ipſæ ruunt levitate ſuâ.
Staterâ Veritatis,
Probas tandem hæc fœdera, ſed neceſſaria;
Quod ergo improbas, probas fœdus Franciſci cum Turca, Ludovici cum Anglo,
Summè neceſſarium utrumque;
Illud,
Carolo Galliam adorto tripartito Germanorum, Hiſpanorũ, Anglorum agmine,
Philippo eandem eadem eorundemque adorturo mole.
Statera ſtulta
Quis unquam ſcit, aut tibi ſubjicit non-neceſſaria?

Statera reproba,
Siccinè Hispanica adularis, adulteraris Gallica?
Necessitatis unciam illa, ista ne habent unciolam?
Statera corrupta,
Hæc ne recedunt à Deo, illa recidunt in Deum?
Statera distortissima,
Stantibus Mardici Anglis, tibi non stat Ecclesia,
Stat eadem ijsdem Caleti, Burdigallæ stantibus?
Statera fallax:
Siccinè tam rudem, & indigestam contumeliarum molem jacis,
In belli contra Hispanum socios Gallos & Anglos,
Nullam jacturam in Hispanos & Anglos contra Gallum sociaturos,
Summo necessitatis telo excusandos?
Statera mendax,
Appendis, nec expendis, sed obtundis,
Pro Hispania Ecclesiam, hujus proditionem profederata vicinia:
Pro mutua hujus contra hostem ope, opem radicandæ sectæ:
Bellum sacrum pro profano:
Statera subversa,
Ab ipso dudum Ecclesiæ Capite Pontifice,
Qui,
Ut erat gnarus rerum tùm Gallo-Germano-Suecicarum,
Nunc ut est Gallo-Anglicarum,
Cardinali Pasmanno Ferdinando II. Imp. legato,
Pari tum acerbitate de Gallo-Suecico federe,
Longam calamitatum inexplicabilium & inexpiabilium seriem,
Ecclesiam Germaniæ inundantem, pessundantem,
Demonstranti coram,
Suecum alterum Attilam, Gallum Gothicum socium,
Increpanti,
Prudentissimè respondit & optimè.
Bellum Germanicum profanum, non sacrum dictitans:
Ejusdem malorumque autorem Imperatorem Hispanicum;
Idem nunc rogatus, idem respondet Tibi,
De Gallo-Anglico belli federe tot rauca crocitanti,
Hâcque suâ evertit veritate tuæ stateræ falsitatem,
Tuas calumnias, tuas occlamationes,
O Belgium, ô Hollandia, ô Germania,

O Reges,

O Reges, ô Principes, ô ministri, ô legati, ô milites!
O fides, ô pietas, ô tempora, ô mores.
Siste rumores stentor; stabunt illæ Provinciæ, sua cuiq; religio,
Stante victore Gallo, cadent eodem victo.
Hoc norunt Reges, Principes, ministri, legati, milites.
Quid occlamas, quid aures loculeie fatigas.
Desine tandem obtundere.

VIII.

Eò iniquior verò est Hispanica belli contra Gallum pervicacia,
Quò,
(Urgeo enim te, trutinator, confessione tuâ)
Bellum hoc Ecclesiæ exitiabilius videtur.
Invidia discors Hispanus tollere posset bellum,
Æquâ cum Gallo pace,
Ne Ecclesia, tuo quidem judicio, toleret malum.
At non vult illud, Ergo hoc.
Nam,
Caussa caussæ est etiam caussa caussati.
Hoc est
Aut mavult Ecclesia toleret malum, quàm ipse tollat bellum;
Aut mavult Gallus tollat fedus, & solus toleret hostem Hispanum & Austrium;
Ne quid Ecclesiæ mali ex Anglico patiatur federe.
Imò,
Ne non faciliùs suæ dominationis obex Gallus evertatur.
Quâ hoc prudentiâ Gallus; quâ illud æquitate Hispanus?
Dicite
Reges, Principes, ministri, legati, milites.
Audiamus Hispano-Belgam hystricem!
Hic expendat, ponderet, exigat.
Enodet & isthæc:
Uter procus federis Anglici majus, si quod est, intentarit flagitium Ecclesiæ;
An Gallus tradito Mardico, irreligioso vallo,
An Hispanus tradendo Caleto ferè æde, quàm ædibus conspicuiori,
Sanè quam Duinkircha non minori.
Utro locorum Ecclesia, si pateretur, pateretur magis?
Uter filius Matrem plus onerarit, corruperit, neglexerit?
Cur Anglus amicitiâ Galli fotus peccat, non peccaturus Hispani?
Cur in Deum perfidiosum fedus Galli cum Anglo,

Tradit

Tradito vili vallo Mardico:
Non eadem illa seniorum Hispanorum fœdera,
Cum Mauris, Saracenis, Anglis,
Traditis Christianis, nobilibus, virginibus, liberis:
Non illud Caroli V. cum Angliæ Rege,
Admotis ad urbes Flandriæ vicinas sectarijs,
Undè æquè potuerit mobilis Flandriæ sensus trahere sectam.
Nec nupera Philippi IV. cum Batavis pax ac pactio,
Relictis in Brabantia eorum jam sectâ infectis civitatibus,
Quæ reliquas Brabantiæ partes in ejus assensum rapiant.
Imò concessis ciↄ animis Catholicis sectæ Batavicæ;
Tanti erat pax illa Hispano-Batavica.
Rectène hæc omnia, quia Hispanica, quia lucrum promunt, premunt æmulum?
Quid dicis, nugator?
In pari causa parem exigo sententiam:
Anne tibi, blasphemator Majestatis, sola Gallia impia?
Ad sui defensionem usa, quibus uti voluit Hispanus ad ejus oppressionem?
Reane illa,
Quia ipsi successit, quod Hispano malè cessit?
Regeris: neutrum probo.
Si neutrum probas, cur alterutrum tantùm accusas ac blasphemas?
Sanè,
Ideo neutrum probas, quia retundendo Gallico succumbis responso:
Succumbis verò, quia hæc non est aqua, in qua nates Piscis,
Nec sibi privatus ea de re sumat judicium.

IX.

Jam penè subversa *jacet* levitatis statera,
Et *faber illius Timocreon Rhodius*,
Multa vorans, & multa bibens, mala multaq; dicens,
In sanctius Christianissimi Regis consilium;
Invalida multa
Adversus Gallicum pro eo responsum,
Cujus ne minima dicta refellit, maxima non attingit.
Reliqua steræ,
Sunt vulgaria, antiquæ cantilenæ, extra hanc cantilenam,
Nec ad rei præsentis momenta, nugalia, ex Armacano furtiva.
Socijs Anglorum armis uti contra Hispanum eadem intentaturum alteri,
Aut non est scandalum, aut Hispanus est Ecclesia aut Gallus utriusq; mancipium.

Bleno proba,
Hiſpanum eſſe Eccleſiam,
Eccleſiam eſſe hujus belli cauſſam,
Cauſſam eſſe fovendam directè ſecusvè ſectam.
Bellum per Cromvvellium Galli ſocium eſſe indictum Eccleſiæ;
Cromvvellium Galli federatum eſſe impium, malum,
Talem non eſſe Hiſpano conſociatum:
Milites ſub Gallo-Anglico, non Hiſpano-Anglico federe, læſâ mereri conſcientiâ
Hæc, inquam, proba, & Gallus dabit manus, aut, ni facias, alapas,
Quia mentiris,
Gallo-Anglicum fedus eſſe ſcandalum, nefarium, impium, & pravæ conſcientiæ opus.
Tale facinus erat illud Romanum Caroli V,
Qui ſecus ac credidit, fecit; quod noluit, voluit.
Hoc non refellis, non probas, purgas tamen.
Purga illius, non urge Galli conſcientiam.
Læditur conſcientia facto contra dictamen rectæ rationis.
Hoc vero Galli federe nihil contra, cuncta pro illo;
Recta dictitat ratio,
Occupandam vim, premendam occaſionem, occurrendum malo,
Statuendum idem in alium jus, aut fedus quod alter in me ſtatuerit, aut voluerit.
Læditur pietas facto contra Dei honorem:
Quod ſibi judicium Deus ferè ſervavit integrum.
Sociari cum acatholicis, impijs, ſui contra infenſiſſimū hoſtem defendendi cauſſa
Neceſſitatis eſt, non impietatis, nec contra Dei, nec Eccleſiæ honorem;
Quia hîc nihil intenditur, quod directè tendat in utriusque offenſam,
Cautis præſertim in federe belli ſacris cujuscunq;.
Unde offenſa fortuita fortuitis annumeranda belli,
Non belli Dominis, quorum citra eſt intentionem.
Tu igitur extra oleas ac viam, Trutina delira,
Ultimo huic illiſa lapidi frangenda.
Sui quilibet federatus defenſionem intendit regni, ſtatusvè:
Hoc ſtante,
Cauſſam ſuæ quisq; religionis præſtat incolumem;
Qui aliter ſentit,
Hujus judicium eſt in politicis nullum, in religione ſuperſtitioſum.

X.

Turbidum & iſthoc,

Auſtriacum

Austriacum pro Hispano auxilium Pace illicitum licitum esse
contra Gallos & Anglos
Rationibus in ruptâ jam malè expensis trutina,
Frivolis, perfidiæ, non fidei proximis, dudum disjectis,
Ignoras doctor juris imprudentiæ discrimina rerum,
Familiæ, successionis, hæreditatis, societatis, Pacis,
Hujus sanctitatem, servatæ felicitatem, læsæ calamitatem.
--- --- *Hæc vastat stirpemq; domumq;.*
Non circumspicis, erro, ordinem, ac vim obligationum.
Posterior promissio obligantor; juratior, sanctior ac potentior omni aliâ.
Hoc Eminentissimi ac Serenissimi PP. EE. aliâ quam tuâ expenderunt trutinâ.
Inhibito omni contra Gallos & eorum federatos auxilio:
Tuarum incuriosi rationum, tuorum nec indigi monitorum,
Vel Concordiæ, vel Capitulationis.
Nimiam tu putas contra libertatem Germaniæ:
Imò ut Germania libera sit, caput non debet esse prorsus liberum.
Nimiam tu ruptu dicis facilem,
Fortè quia,
Is hodiè rumor est,
Eligendus vel absque tali eligendus est,
Quia non habet competitorem,
Quia imperium sine rectore diutius stare nequit.
Quî si nisi prius, fallat posterius?
Sed hæc nihil ad nos; neque tuum hic monitum ad Gallos.
Memores mones, doctos doces, juris fecialis ignorantissime;
Nec animo dixti amico, sed mendaci, calumnioso.
Gratiam tibi habitura est Gallia, Gallicam habituro mentem,
Hoc est,
Candidam.
Interea.
Orbis Christiani judicio, ac ijsdem censuris Parisiensibus,
Corrupta ac rupta tua stetera damnâs esto.

F I N I S.

Corrigenda

Pag.	lin.	pro	Lege
3	26	*Nom.*	*Nov.*
5	17	*Iudex.*	*Index.*
6	28	*Christianor.*	*Christianar.*
8	31	*Burdigallia.*	*Burdigalliæ.*
16	24	*Ferdinando.*	*Ferdinandi.*

1. Pax pax polono-suecica Olivae d. 3 Maji 1660
2 pax Germano-suecica Monasterii Westphalor. d. 24 Jan. 1648.
3 Pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariae ortu etc Petri de Reva 1652